

sed omnia, quae post mortem *Frederici III.* (1414) sequuntur, ab alio quodam addita esse videntur. Nam inde a verbis 'huius *Frederici* anno primo' (*Leibertz* p. 210) prorsus aliud est dicendi genus; accedit quod exemplum *Chronici Jacobi* recenti tempore exaratum (cod. 6') - quod teste *H. J. Floss* in academia *Rhenana* s. theol. prof. ord. qui illud magna liberalitate mihi concessit, inter libros manuscriptorum *Josephi Niesert* repertum est - in morte *Frederici* subsistit. Istius *Chronici* omnes locos, qui in neutra recensione inveniuntur, textui subieci.

Ex recensione *II.* (cod. 5) publici iuris facere visum est pontificatum *Wilhelmi* et 'tempora vacationis' eius obitum sequentia, quia huius magnae rerum etiam varietates occurrunt; reliquos locos varios, si operae pretium esse videbatur, breviter annotavi. Primam contra recensionem, quae et amplior est et perfectior et apud posteriorum temporum auctores in magno honore fuit - quam, ut alios omittam, *Gobelinus de Persona*, magnum *chron. Belgicum*, *chron. bel.* anno 1499 per *Johannem Koelhof* impressum exscripserunt - integram edidi ex codd. hinc:

1) cod. bibl. gymn. ad s. Marcellum *bol.* chart. 4. saec. XV. No. 250, foll. 44 diligenter exaratum. Quod eiusdem bibliothecae cod. No. 204, quem secutus est *Excertz*, inspicere non licuit, non magni aestimari, quia ad manum erant libri antiquiores et meliores.

2) cod. bibl. *Hamburg.* chart. fol. saec. XV. Hist. 31⁶. Qui accuratius descriptus est *Archiv der Gesellsch.* XI, 388. Occupat *chron. praesulum* foll. 119-133, in fine alia manus saec. XV. brevem continuationem usque ad obitum *Theoderici II.* adscripsit. In margine et in schedulis codicis insatis complures ut videtur saec. XV. manus notas adscripserunt.

3) cod. archivi civ. *bol.* chart. fol. saec. XV. No. A II, 102. Continet praeter alia *chronicam praesulum* sed non integram in primis foll. 23 binis columnis negligentius scriptam.

4) cod. olim soc. *Iesu Antwerp.* iam *Bruxell.* chart. saec. XV. No. 8037-8050, de quo cf. *Archiv* VIII, 508. Hic illic manus crassa notulas apposuit. Non ita diversus est

4') cod. s. *Nicolai Brunwill.* iam *Bruxell.* chart. 8. saec. XV. No. 2321. (*cf. Archiv* VIII, 498.

4'') cod. *Bruxell.* chart. No. 10259, anni 1522, cum continuatione eadem manu caetero continuo subiecta. Tam similis est cod. 4', ut ex eo fluxisse videretur, nisi, quas ille in textum recepit notas marginales ex antiquiori quodam codice